

מיכאל השר חפראל העטער
על-בנוי עטו:

et in Vita Ter-
tull.
Bibl. I.c. 16.

γ Disp. Meta.
XXV. sect. 1.
num. 5.

δ lib. 2. Meta, sicut Christophorus Scheiblerus δ: Ad perfectionem mundi
c. 4. tit. 1. art. 2. reqviruntur omnes species possibles. Vnde si ei de-
essent Angeli, mundus perfectus non esset, in primis
quia isti supponuntur esse res nobilissimæ. Verum
non

FERTUILLIANUS, auctor Ecclesiasticus non adeò passivus, absq; cuius lectione B. Cyprianus numquam unam præterit diem, qvemq; κατ ἔξοχον Magistrum teste & Hieronymo, appellare solitus fuit, adversus Marcionem §, ex alio qvidem fundamento, ita scribit: Communibus plurimum sensibus & argumentationibus justis secuturæ scripturarum qvoq; advocationi fidem sternimus; confirmantes diversitatem hanc visibilium & invisibilium Deo creatori deputandam, sicuti tota operatio ejus ex diversitatibus constat, ex corporalibus & in corporalibus, ex animalibus & inanimalibus, ex vocalib⁹ & mutis, ex mobilib⁹ & stativis, ex genitalibus & sterilibus, ex aridis & succidis, ex calidis & frigidis: Sic & hominem ipsum diversitas temperavit, tam in corpore qvām in sensu. Alia membra fortia, alia infirma, alia honesta, alia inhonesta; alia gemina, alia unica; alia comparia, alia dispatia. Preinde & insensu nunc lætitia, nunc anxietas, nunc amor, nunc odium, nunc ira, nunc lenitas. Qvod si ita est, ut æmula inter se conditionis universitas ista modulata sit, jam igitur & visilibus invisibilia debentur. Nisi fallor, non longè ab ijt ab hoc discursu Franciscus Suarez γ, qui ex suo Magistro Thomā Aquinatem statuit, ratione naturali sufficienter ostendi posse, Esse in hoc Universo substantias aliquas creatas omnino immateriales, qvia ad perfectionem Vniversi pertinuit, ut in eō esset hic gradus substantiarum immaterialium: Sed Deus condidit Vniversum perfectum. Ergo sunt in eo hujusmodi substantiaz. Qvod clarius po-